ſicut deus. Aliud eſt vniuerſale in co-gnoſcendo ſicut intellectus poſſibilis. Aliud eſt vniuerſale in diſtribuendo ſicut ſignũ vniueſale. Aliud eſt vniuerſale in repreſentãdo ſicut ſpecies intelligibilis. Aliud eſt vl'e in p̄dicando. Et hic eſt ſolũ ad ꝓpoſitũ de vli i p̄dicando qđ eſt natura cõis que p̄t p̄dicari de multis. Et tale vniuerſale iterũ capitur dupliciter. Uno mõ ꝓ illa natura abſolute ⁊ nõ ꝑ cõpatõem ad intentionē vniuerſalis. Et ſic conſideratõ eiꝰ ꝑtinet ad methaphiſicũ. Alio mõ conſideratᷣ formaliter q̃ntũ ad intentionē ⁊ rõnem vniuerſalitatis. Et ſic cõſideratᷣ a logico. Et eſt ꝓprium ſubiectũ huiꝰ tractatꝰ quia vt ſic p̄ncipaliter conſideratᷣ in hac ſcientia. Et ſub rõne formali eiꝰ oĩa hic tradita cõſiderantᷣ ⁊ in nulla alia ſcientia conſiderantᷣ ſub rõne vniuerſalis. Predicabile aũt eſt eiꝰ ꝓpria paſſio. ¶ Sciendum ſecũdo ꝙ Argumentatio ex enunciationibus componitᷣ. Enuntiatio autē cõponitᷣ ex terminis incõplexis qui ſunt ordinabiles in genere ſm ſub ⁊ ſupra ſicut ſubiectum ⁊ p̄dicatum q̄ quidē ordinatio fit ſm rõnes vniuerſaliũ. vt generis ⁊ ſpeciei. Nec poteſt cognoſci iſta ordinatio que fit in p̄dicamentis niſi p̄cognoſcantᷣ rõnes vniuerſaliũ qꝛ ordinare neſcit qui p̄dicabiliũ ⁊ ordinabiliũ rões ignorat. Ideo hec ſcientia de vniuerſalibus vtilis ē ad cognitionē p̄dicamētorũ enuntiationis ⁊ totius argumentatõnis q̃ntũ ad oĩes ſpecies eius. Secundo vtilis ē ad aſſignandũ diffinitões q̄ fiunt ex genere ⁊ differentia vel ex genere ⁊ ꝓprio. Et ad cognoſcēdũ diuiſiões vt diuiſiones generis in ſpecies ſubiecti in accidentia. Sed iſti ſunt fines extrinſeci huiꝰ ſcientie. Finis autem eius intrinſecus eſt perfecta cognitio vniuerſalium q̃ntum ad rationes vniuerſalium. Et per hoc patet cauſa finalis ⁊ materialis huiꝰ tractus. Formalis aũt cauſa efficiens eodē mõ ſunt conſiderande ſicut in primo tractatu. ¶ Sciendũ tertio ꝙ hic primo determinatᷣ de vniuerſali in cõmuni. Et deinde in ſpeciali q̃ntum ad partes eius. Et ad cognoſcendũ eiꝰ diffinitionem. Autor premittit diuiſionē predicabilis in cõmuni qđ diuiditur in p̄dicabile ꝓprie ſumptũ qđ p̄dicatᷣ de multis vniuoce. ⁊ predicabile cõmuniter ſũptum qđ p̄dicatur de vno ſolo vniuoce vel de multis equiuoce. Et per hoc datᷣ ratio huiꝰ diuiſionis. Et de p̄dicabili ꝓprie ſumpto ſolum eſt hic ad ꝓpoſitum non autem de predicabili cõmuniter ſũpto. ¶ Sciendum quarto ꝙ predicabile proprie ſumptum ⁊ vniuerſale ſunt idem ſm rem. quia eadem eſt natura cõmunis realiter que dicitur vniuerſalis ⁊ predicabilis. Differunt tamen ratione. quia vniuerſale dicitur inquantum ē aptum natum eſſe in multis. Sed dicitur predicabile prout aptum natum eſt predicari de multis. Et per hoc habentur diffinitiones vniuerſalis ⁊ predicabilis. Uniuerſale enim eſt aptum natum eſſe in multis. Et predicabile eſt aptum natum dici de multis. Et vniuerſale ſe habet vt ſubiectum p̄dicabile autem vt ꝓpria paſſio eius. Et ſic patet quomodo conueniunt inter ſe ⁊ quomodo differunt. ¶ Contra predicta arguitur primo ſic. Predicabile proprie ſumptum continetur ſub predicabili cõmuniter ſumpto. ergo membra predicte diuiſionis coincidunt ⁊ ñ opponuntᷣ. ¶ Secundo ſic. Omnis paſſio differt a ſuo ſubiecto realiter. ſed predicabile eſt paſſio vniuerſalis. ergo differt ab eo ſm rem. maior patet quia idem non poteſt demonſtrari de ſeipſo cum non habeat cauſam inherentie ad ſeipſum. Sed paſſio poteſt demonſtrari de ſuo ſubiecto. ergo differt ab eo ſm rem. ¶ Tertio ſic. Quecunqꝫ ſunt eadem realiter habent eandem diffinitionem quia diffinitio explicatᷣ rem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-220/0074
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG